



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. A. Tractatus De Privilegiis Ecclesiae

Zanchi, Lelio

Veronae, M. D. LXXXVI.

Octauum Priuilegium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61627)

Octauum Priuilegium.

- I** **E**CCLESIE priuilegium est, ut si quis sacerdos, vel clericus emeret fundum de pecunia prouenta ex redditibus ecclesie, qui ille fundus sit effectus ecclesie, 12 q. v. cap. fixum, & 21. q. 4. cap. nunc queritur, nec etiam pietate motus alicui dare potest, nam si fundus fuisset emptus nomine ecclesie, uel alieno nomine, statim intelligitur acquisitus ecclesie, extr. de pecul. cler. cap. 1. & cap. inquirendum. Ideo a clerico alienari non potest. Item approbatur
- 2 si de pecunia ecclesie habita ex furto, uel rapina, fundum acquirat, ille fundus efficitur ecclesie & in hac opinione fuit Abb. in d. cap. inquirendum, & ibi glo. in qua habetur in quibus casibus res empta alterius pecunia efficiatur illius, cuius fuerat pecunia, quod res ita se habeat in clerico, Doc. opinio ita comprobatur, quod ab ea non est recedendum, l. minime ff. de leg. eo. nu. maxime quod
- 4 conclusio hec habet locum in milite, unde ualet argumentum si qui priuilegium militis secularis si extendat ad militem Dei, Bar. & glo. in l. miles, ff. de re. iud.

S U M M A R I V M.

- 1 Bona ecclesie non possunt pro debito alieno obligari, alias suspenderetur contrahens.
- 2 Alienationis uerbum continet conditionem, donationem, uenditionem, permutationem, & emphiteoticum perpetuum contractum.
- 3 Alienatio ecclesiasticarum rerum fit ex quatuor modis, ex necessitate, ex utilitate euidenti, ex pietate, & ex incommoditate.
- 4 Prelatus iurans non alienare non obstante iuramento poterit alienare res modici momenti.
- 5 Modica res est exempta ab omni solemnitate.
- 6 Consensus si requiritur in alienatione an sufficiat consensus presentium.
- 7 Absentes non sunt vocandi nisi in tribus casibus.
- 8 Alienatio rei mobilis uel immobilis an sit prohibita & quando requiritur solemnitas in alienatione ibi.
- 9 Alienatio bonorum que seruari non possunt, non potest fieri sine consensu Papae.
- 10 Alienationes in casibus permissis ualent dummodo non sint facte a Scismaticis.